Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

des Schlosses Neuberg verblichen sey. Traditionem quidem ego attestari possum: qui anno 1765 castellum istud accessi. Certe turris illius antiquissima est. Intravi infimum conclave turris, quod S. Valtins kamer appellatur, et a S. Valentino inhabitatum fuisse, traditur. Habet unicam fenestram, qua lux per crassissimum unius saltem orgyia, murum illabitur. Tota camera, etsi valde tenebrosa, est undique picta instar auleorum, quorum in templis usus est: ut adeo indubium videatur, quin hac camera olim sacellum domesticum fuerit. ~~Hodie~~ Neque hodie ad ullum profanum usum adhibetur: sed vacua omnino et munda servatur. An ergo ibidem obiit S. Valentinus? Ita quidem tradunt arcis ejusdem incolae: sed tradunt simul, Valentinum a quodam tyrannico homine in turri ~~arcis~~ memorata fuisse inclusum, ibique ~~ita~~ sanctissime defunctum. Sane camera illa carceri quam habitaculo hominis liberi longe similior est. In superiori tabulati medio ostenditur foramen quadratum affectum, per quod sancto captivo cibi demissi fuisse dicuntur. Si quid de captivitate S. Valentini Tabula, vel Anonymus, vel auctores alii memorarent: traditionem veram esse non dubitarem. Sed nemo quidquam. ~~Attamen ex hypothesi qua sanctus in camera S. Valentini obiisse creditur ponitur, eundem etiam ut captivum obiisse, locus ipse mihi persuadet.~~ Cum ergo et auctores taceant, et illius temporis circumstantiae nullum probabile fundamentum praebeant, et locus, in quo obiisse dicitur, non carcer S. Valentini dicatur, sed Camera; traditio hac fidem indubiam non meretur. Dicam tamen, quod sentio. Nempe S. Valentinus, tum apostolicis laboribus, tum vigiliis et jejuniis (jam pene exhaustus, ut frigidam hiemem ~~ex~~ levius sustineret, in castellum proximum quidem (distat castellum Neuberg 400 circiter passibus ab oratorio predicto) concessit, et in infima turris illius camera, in presentia discipulorum suorum sanctissime obdormivit. Si ita res, ubi ergo Monasterium fuerit, quod ejus auctorem fuisse Valentinum vult Hansitius: respondeo, probabilius in eodem loco, ubi hodie est castellum Neuberg. Sed quia ~~hac~~ mihi omnia exacte demonstrare non possum, intra conjecturam subsistendum puto.

(cum acriter contra vitia predicaret,

(quibus in vita solitaria junta Oratorium suum se exercebat,

(et Abbatem

Jam de anno obitus S. Valentini Hansitius ~~[illegible]~~ ita scribit: De anno non constat, ut jam supra

Germ. sac. t. 7, c. 13